



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XCV. Ianuen. primogenituræ. Ad materiam textus in I. haredes mei §.
Cum ita ff. ad Trebell. Quandò scilicet numerus pluralis resolvatur in
singularitates, & quæ conditio in persona plurium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ato contrario, illa simpliciter & absque alio adjecto hodie certa & recepta, ut plures in praecedentibus deductum habetur, sed ad offuscandas leviter debilitandas conjecturas pro limitatione urgentes, ut eis invicem debilitatis, firma remaneat regula, vel causus reddatur ambiguus, quod sufficit, ut in dubio respondendum sit pro excludenda fideicommissi duratione, quia semper capienda est ea pars, qua pro libertate viget, multoque magis non ad effectum judicandi super libertate; sed ad effectum inducendi bonam fidem, ex probabili dubio resultantem pro validanda concordia, ut etiam successorum esset obligatoria, ut supra, &c.

Circumstantiae autem erant, Primo discretivam, quod scilicet ubi testator per fideicommissariam successivam ad favorem omnium disponere voluit, fecit ac expressit, igitur ubi non dixit, signum est, quod noluit &c. Altera praecedentia corollaria, quod testator erat insignis Jurisconsultus has materias optimè callens, testatoris enim qualitatem super ejus voluntate investiganda satis attendam esse dictum fuit in Romana fideic. de Glorieris coram Emerix de qua discursus 41. & plures in aliis; De potissimum quia idem in eius consilii praeferentia conf. 121. num. 13. l. 1. & conf. 106. num. 29. lib. 2. Camara traditionem pro regula constituit ad præsumendum magis vulgarem quam fideicommissariam; Et tercia demum, quod neglexit contemplationem agnationis, quae frequentius etiam in formularium descendantibus haberi solet per modum fictum, per cuius inductionem magis enixa contemplatio arguitur ex deductis in Bononiensi fideicom. de Barberis. Decembri 1650. coram Corrado des. 95. par. II. rec. & sapientis in praecedentibus; Ubi enim dicta contemplatio concurrit, tunc quælibet alia quævis levæ conjecturæ admittuntur ad limitationem; Ubi vero illa cessat nimis urgentes desiderantur, præterim in transversalibus, in quibus strictius proceditur quam in descendantibus, ut plures in praecedentibus ad hanc materiam.

Hinc proinde due conjecturæ, quæ per alteriam partem in contrarium ponderabantur, una scilicet vocationis descendantium per nomen collectivum, & alera ex verbis tractum temporis denotantibus, satis considerabiles reputari solet, quando cum eis concurrit prædicta alera efficax conjectura contemplate agnationis, secus autem eascessante, ac fortius ubi alias urgent contraria ut supra. Et nihilominus ad effectum de quo agebatur sat esse dicebam, ut fideicommissi prætentio deducatur ex conjecturis, ut illud dubium ac incertum dicatur iustè capax concordie, semper enim fideicommissum dicitur dubium ubi oculis corporis non legitim, sed illud ex conjecturis deducitur, ut decis. 189. n. 16 par. 7. recen. Bonon. fideicommissi se successionis de Barbettis 19. Junij 1654. Bichio, & in aliis frequenter.

IANUEN. PRIMOGENITVRÆ.

PRO
MICHAELI IMPERIALI PRINCIPE
FRANCIAVLA

CVM
MARIA FRANCISCA IMPERIALI
&
JOANNE BAPTISTA GRIMALDO.

Responsum juris.

Ad materiam textus in l. heredes mei §.
Cardin. de Luca de Fideicomissa.

Cum ita f. ad Trebell. Quando scilicet numerus pluralis resolvatur in singularitates, & quæ conditio in persona plurium adiecta sufficiat, ut in singulis verificetur.

Et de materia reciprocæ substitutionis inter plura substitutorum genera, quando intret, nec nè; Et an detur in primogenituris vel fideicommissis ordo successionis retrogradus, ita ut de secundo ordine fiat reversio ad primū, vel potius de secundo fiat transitus ad tertium, & sic successivè.

S V M M A R I V M.

- 2 F Acti series.
- 3 Numerus pluralis an resolvatur in singularites regulariter affirmative.
- 4 Limitatur & num. 8.
- 5 Quando attendi debet propositio de primogeniture non stante in suspeso.
- 6 De reciproca linearie.
- 7 Distinguitur materia reciprocæ linearis cum distinctione casuum.
- 8 In fideicommissis successionibus non datur ordo retrogradus a secundo substituto ad primum, sed a secundo ad tertium.
- 9 De limitatione, de qua num. 2.
- 10 An & quando inter plures lineas intret jus a crescendi, si non intrat reciproca.

D I S C . X C V .

Iohannes Baptista Imperialis, inter cetera in ejus testamento disposita, multiplicatum ordinavit faciendum ex leuis 40. m. de quo, juxta formam ab eo præscriptam completo, voluit pro medietate responderi masculo primogenito Leliaz & pro alia medietate filio masculo primogenito Pelottæ ejus filiarum, quas in ejus familia Imperiali mariari debere mandavit, & sic successivè de masculo in masculum ordine primogenitura donec extarent; Non extantibus autem dictis masculis, vel quia non nascantur, vel quia deficiant, tunc in medietate deficiente vocavit Bartholomeum ejus filium naturalem ejusque filios masculos cum eodem ordine primogenitura prius legitimos, deinde bastardos, quos etiam in in toto vocavit, si ultraque dd. filiorum linea masculina deficeret.

Extinctis vero seu non non cœptis omnibus dictis lineis, voluit ad perceptionem medietatis dicti multiplici admitti primogenitos Andreas fratr's ipsius testatoris, & ad aliam medietatem primogenitos Vincentius alterius fratr's, prius legitimos, deinde bastardos in infinitum cum ordine primogenituræ, atque in utriusque linea defectum voluit ad medietatem admitti filias feminas dictarum Leliaz & Pelottæ ac Bartholomei, aliam vero medietatē erogari in subsidia dotalia puellarū de familia.

Lelia obiit sine prole, unde medietas devoluta est ad Bartholomeum seniorem naturalem, cui succedit Bartholomeus junior, quo defuncto sine masculis superstite Maria Francisca filia, triangularis otta est quæstio super dicta medietate à defuncto possessa, inter dictam Mariam Franciscam ejus filiam & hæredem, Joannem Baptistam Grimaldum Pelottæ ex filio nepotem, & Michaelem Principem Francavillæ Andrea ex filio nepotem, utri scilicet eorum haec successio deberetur; Atq; ex parte Michaelis de mea sententia requisitus, examinando singularium concurrentium jura.

V 3 Qua.

Quatenus pertinet ad Mariam Franciscam , dupliciter illam considerari posse observabam ; Primo scilicet ex persona propria tanquam feminam descendentem a Bartholomaeo seniore filio testatoris , & secundo tanquam filiam & haecdem ultimi defuncti , ob ejus mortem defecta est portio , de qua erat controversia ; Spectata prima persona , indubitate censi pro ejus exclusione respondendum esse , quoniam sua vocations casus adhuc non venerat , dum feminæ , tam dicti Bartholomaei , quam Læliae , & Pelottæ , vocatae non sunt nisi post omnes lineas masculinas extinatas , & quo casu sequuto habendo primogenituras pro jam finita , testator mandavit bona ex ejus capite seu nomine , ut descripta semper remanere debere mandaverat , levari , atque pro sola medietate dictis omnibus feminis promiscue distribui absque aliquo ordine successivo , aliam verò medietatem in subsidia dotalia usurpa erogari , unde casus videbatur planus .

Spectata verò altera persona , in ordine ad Michaelm seu Davidem ulteriorem substitutum , reudebat difficultas in conclusione derivata ex text. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. An scilicet substitutio ad predicti Michaelis seu Andreae ejus fitipis favorem ordinata post defectas seu non existentes omnes dictas lineas filiarum ac respectivè filij naturalis testatoris , purificata dicatur in casu quo una tantum linea Bartholomai defecta est , durante ac superstite altera linea Pelottæ , de qua opponebat Maria Francisca , non quidem tanquam de jure tertij , sed repellendo auctorem tanquam per non jus , & ob non factum casum fideicommissi , cum consuero Legistarum dictorio de quo pluries hoc titulo , fideicommissum de te non loquuntur .

Verum minus juridicam utè respondi mihi videri hanc prætensionem ; Licet enim in sensu grammatical conditio in persona plurim adjecta , in omnibus purificari debeat , neque sufficiat , si in persona unius verificetur ; Attamen , quidquid sit in pupillari vel in vulgari , in fideicommissaria receptum est in jure , ut ex verisimili mente testatoris numerus pluralis resolvatur in singularites , quavis conceptus esset per verbum collectivum plurimum , seu omnium , quoniam resolvitur in distributivum juxta theoretam Bart. in d.l. heredes mei §. cum ita in fine ff. ad Trebell. per illum text. qui clare id probare videtur , & sequuntur DD. communiter ibidem , & in l. penult. Cod. de impuberum , ut aliis relatis , in his proximis terminis Honded. conf. 65. n. 21. & 22. l. 2. Et generaliter Berous conf. 119. l. 2. n. 20. cum seq. Peregr. de fideic. art. 13. num. 56. magistraliter Rota decis. 804. n. 1. & sequent. par. 1. divers. sapientia canozata præsertim decis. 296. apud Gregor. decis. 145. in princip. par. 1. recent. 1. recent. & in aliis , quod etiam deductum habetur infra in Urbevetana fideicommissi de Monaldensibus , & in Firmana fideicommissi decis. proxime sequentibus .

Et licet eadem conclusio limitationem recipiat , quoties superest persona , qua ex verisimili testatoris voluntate substitutum tanquam prædicta exclusudat , ut dicta decis. 804. par. 1. divers. & decis. 145. par. 1. recent. cum aliis in proximè alleg. dict. seqq. Attamen limitatio in præsenti cadere non poterat , dum de clara testatoris voluntate constabat vocandi prius agnatos collaterales , quam feminas descendentes , non nisi in agnitorum defactum vocatas , ut in proximis a fortioribus terminis observant Honded. d. conf. 65. & Berous d. conf. 119. Unde propterea quoad istam

personam casus videbatur planus , praesertim de enixa testatoris voluntate constabat , quod istentibus personis vocatis , abhorribilis que extraneos haereses ; Quintumque neque præteriri ordinem ab eo præscriptum inter vocatorum , dum non solum expeditus quacumque alienationem sicut translatum , vis temporalem ad Monasteria , exclusive sententes Religionem etiam cum privatione fons jam que sit , sed etiam prohibito cundogeniti participarent , quamvis pueri consensus accederet .

Deducebam quoque tanquam scribere quirentis opportunitatem qualiterem præturae excludentis vocationem seu supradictum existentia bonorum penes haeredes donec conditio in persona omnium purificata in fideicommissi datur iuxta cons. 34. Iudeo aliis supra in Ferrareni. dict. 9. dum in procuris id non admittitur cumulando in multis allegationibus ea , quæ habeantur super hoc puncto supra dict. 7. Verum illud fundamentum parum turum ex dictis aut & alibi .

Totam igitur questionem restigimus inter Grimaldum descendentem ex Pelotis testatoris , & Imperialem descendenterem iusdem testatoris fratre , an scilicet pars portionis delatione ad substitutos , illa non quam alteri conveniat ; Et super hoc probantes pro Grimaldo , nimis fuso calimebant ad probandum reciprocum interfici per testatorem ordinatum . Vel ex tribus requisitis , quorum implicatum , feliciter concussum probare conabantur conjecturis , quas juxta præteritum Rosatum sensum , receptum est , etiam si tribus ad eundem effectum sufficiat , consideratio differentia inter ascendentis & transversales primis non adeo fortes & efficaces , primitus desiderentur , ut sapienter habent edidit fratre ad istam materiam reciproca .

Quia verò multæ conclusiones accedunt extra casum controversia , ac non diligenter species , juxta commune modernum non proposito inculcabantur , idcirco pro auxiliis tollendis , observandam esse dicebam quod de hac tacita reciproca tractantes , duos capitulare percūtiunt , Unum scilicet , ubi convertitur inter extraneos haereses personarum , & alios in eodem gradu seu ordinis , quia nempe testator in suis Tito & Caiorumque filiis & descendantibus malis , omnium extinctionem substituit . Semper atque eveniente casu mortis Titi vel eius filiorum oriantur quæstio inter istorum extraneos haereses & Cajum superstitem , seu ejus descendentes scilicet hoc medio tempore donec fuerint rioris substitutionis ad favorem Sempronii esse debeat penes extraneos haereses , non devenire in vim reciproca ad descendantibus lineæ æqualiter vocatae , & hic est cuiusmodi Bononiens. de Felicini , de quo lat. agn. 10. conf. 636. Barz. decis. 4. 5. & 6. & quæ continentur decisiones Seraph. 934. 919. & 936. cum hoc etiam casu agitur in Bonon. fideicommiss. dict. 23. Januarii & 7. Junii 1649 coram dignissimis plerisque aliis autoritatibus , quæ dictos scribentes nimis diligenter diliguntur , sed inani labore ut poneat extra cetera controversia .

Alterum verò observabam esse easum, ubi defecta una persona sè linea ex pluribus eodem tempore vel ordine vocatis, oriatur quæstio inter personas alterius ordinis sè linea superfluitates, & ultiorum substitutum ad defectam portionem concurrentes, qua nempè juxta suprà positum exemplum, vocatis primo loco Titio & Cajo, eorumque descendantibus & post eorum defectum substituto Sempronio, ad defectam Titij portionem concorrente descendantibus Caij & Sempronius ultior substitutus.

Et hie est propriè casus textus in dicta l. heredes mei §. cum ita, atque de hoc plerique agunt congesisti per Fusar. qu. 472. Caren. refol. 144. Larrea. decif. 61. Rota. decif. 220. post Marin. refol. quicquid. lib. 2. & alij distinguendi à ceteris de primo casu loquentibus, dum aliqua differentia inter unum & alterum militare videtur; Et in quo casu, quamvis ulteriori substituto assilat regula defumpta ex dispositione text. in d. §. cum ita, resolvendi scilicet numerum plurem in singularitatem, resistere tamen videatur limitatio resultans ex ratione prædilectionis, sè verisimilis voluntatis ut suprà, & latius in Firmano & alijs de quibus in disc. proximè seqq. & ex qua facilis ex conjecturis etiam sine requisitis admittitur reciproca linearis, cum cellet ratio libertatis bonorum, ob quam eadem reciproca difficultus admittitur, atque urgentiores exigunt conjecturas.

Sed nequic hic erat casus noster ideoque istas pariter auctoritates extrà controversia punctum deduci obserbavam, quoniam testator institutis lineis Pelottæ & Læliæ filiarum, in casu deficientia unius, exprefse providit de altero substituto, vobando Bartholomæum naturalem ejusque lineam, unde propter ea nullatenus cadere poterat reciproca tacita & conjecturalis inter istas lineas, dum testator eas exprefse divisit, atque uni earum deficienti, alterum substitutum dedit cum subsequito effectu, dum defecta linea Lælia, ejus portio transfixit in dictum Bartholomæum, unde propter ea primus linearum ordo jam scissus fuit, atque linea superfluitas Pelottæ quoad portionem defectam remansit tanquam extranea & aliena.

Quo posito dicebam quod in huiusmodi portione jam in ulteriore substitutum translata, & deinde etiam servandus erat ordo successivus à testatore præscriptus, & sic ex secundo gradu, sè ordine fieri transitum ad tertium, quoniam in fideicommissis non datur ordo retrogradus, atque descenditur, non ascenditur; Ideoque de primo transit in secundum, & de secundo ad tertium, & sic successivè, non autem de secundo ad primum, qui jam quoad istam portionem exivit de scena ex regula semel exclusus &c. de qua Fusar. quæst. 411. num. 13. Quodque vocati in primo gradu dici non possint reciproce substituti vocatis in secundo vel econtra, Redens. cons. 57. num. 3. ubi concordantes; Et sic dicebam auctoritates ac decisiones super tacita, & conjecturali reciproca cum adeò magna farragine cumulatas, esse veras in casu suo, non autem applicabiles ad controversum ob diversas circumstantias ab iis, de quibus allegati loquebantur, ideoque inculcabant meum consuetum assumptum quod judicantis vel confundentis doctrina, & excellentia non consistit in magno indigeto cumulo allegationum, ut leguleicus vulgus credit, sed in modicarum benè ad rem facientium auctoratum congrua applicatione ad easum, quem bene feriant.

Considerabam, an Imperiali obstatre posset ea-

dem ratio inductiva limitationis prædictæ regulæ deducere ex textu in l. heredes mei §. cum ita, ut scilicet existentia personæ prædilectæ impedit resolutionem numeri pluralis in singularitatem, itaut ulterior substitutus expectare debeat purificationem conditionis in persona omnium, interim vero, ex probabili testatoris voluntate, bona magis penè lineam superfluitatem dilectam, quam penè extraneos heredes gravati deficiens esse debeat, & qua prædilectionis ratio unicam in hujusmodi controversia difficultatem parere videbatur; Verum cum sensu etiam veritatis ponderabam, motivum verisimilis voluntatis potius retrorqueri, atque Imperiali afflire, Tum ex eo quod testator duarum primogeniturarum continuationem quantum potuit desideravit, non curato ordine dilectionis, dum deficiente una ex duabus lineis primò vocatis filiarum, non curata superfluite prædilecta, aliam minus dilectam filij naturalis potius vocavit, undè liquet testatorem dilectionis ordinem servare noluisse; Tum clarius quia disponendo multipliciter in ejus nomine ac persona semper cantare, presupposuit illius participationem & primogeniturarum conservationem in personis de ejus familia, ac pro istius decore & conservatione, dum filias in eadem familia maritari voluit, Unde si cogitasset, quod ipse ejus præceptum spernendo ad alienas familias transiissent, juxta commune votum ac obseruantiam, verisimiliter earum descendenteribus exclusis, collaterales potius ab initio vocasset, Atque hoc insinuabam esse summa considerandum, cum in morientium voluntate in daganda vel interpretanda, non cortex & figura verborum, sed substantia ex toto dispositionis contextu defumenda sit; ponderando etiam, quod postquam testator in defectum linearum ex proprijs filiis, illas Andreæ & Vincentij fratrum vocavit, inter istas reciprocam exprefse ordinavit, unde liquere dicebam, testatorem de huiusmodi reciproca linearum reuelare cogitasse, & quod ubi eam voluit, dixit, ita ab non dixit, noluit, ut ratiocinatus Rota in Romana laudi coram Dunozetto inter suas decif. 562. repetit. post Marin. d. refol. 220. n. 19. lib. 2.

Pro dubitandi ratione considerabam, an dum testator masculis ex præfatis lineis descendantibus non reliquit ipsa bona, quia semper in eius capite ac persona cattare voluit, sed solum reliquit fructuum participationem, reliquisse videatur solum usum fructum, unde propter ea facilius impedita resolutione pluralitatis in singularitatem, donec exceptanda est purificatione conditionis in persona omnium, superfluitas substitutus tanquam ex jure accedendi interim toto commodo fruatur ex theor. Bart. in l. Codicilli in principi, per illum text. ff. de usufr. leg. & in ead. l. heredes mei §. cum ita post n. 5., quem ceteri sequuntur apud Bellon. iun. de iur. accresc. cap. 7. q. 19 nu. 237. 3 Verum bene considerato motivo, credidi illud nullius esse relevantiae, Tum quia Bartoli opinio non est omnino tua, sed forte minus vera, cum contrarium teneant in eodem §. cum ita, Ang. Imola, Alex. & alij præsertim latè Ripa n. 135., eamque minus veram proferunt Mantic. de conjecturis lib. 11 tit. 5. n. 23. & Menoch. lib. 4. præsumpt. 186. num. 13., præsertim dum testator exprefse divisit portiones, quo casu difficilis intrat jus accrescendi; Tum etiam quia probabilius dicendum erat non fuisse legatum solum usum fructum, cum nemo existaret, penè quem resideret proprietas, qua etiam solum nunciationem testatoris reti-

nendo ipsis vocatis revocabiliter tamen relicta censetur, ut in terminis individualibus consimilis dispositionis ponderatur in Bonon. fidei. de Guido. 2.4. Iamarij & s. Junij 1648 coram Arguelles, & de quarum decisionum causa non autem examine habetur in eadem Bonon. supra dicta. 44. Scilicet hæc quidem tanquam Advocatus ad requirentis opportunitatem, sub diverso tamen stylo, sed pro eo iudicio, quod in causis extra Curiam efformari potest, reflectendo etiam ad veritatem, credebam Imperiali bonum jus assistere, incertus tamen est causa existens vel status.

- 11 Doctores sunt intelligendi justa differentia allegant.
- 12 De differentia inter casum, in quo non sunt institutum vel plure.
- 13 De interpretatione Statuti Avenionis, substitutione non egreditur tertium gradum de illius ratione, & quomodo procedat.
- 14 Quod procedat in substitutionib[us] directa improbarunt.
- 15 Substitutiones directe non possunt esse plures, sed una effectum fortunatissima evanescent.

DISC. XCVI.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI

PRO

BARTHOLOMÆO ET ALIIS
DE CRIVELLIS.

CVI

PIO OPERE ELEEMOSYNÆ
GENERALIS.

Responsu[m] ad causam.

De eadem materia textus in l. heredes mei §. cum ita f[ac]tum ad trebell. super resolutione numeri pluralis in singulartates; Et præfertim ubi conditio mortis plurium respicit duos gradus, An tunc cesset dicta resolutio necne.

Et de interpretatione Statuti Avenionensis prohibentis durationem fideicommissi ultia tres substitutionum gradus, quomodo intelligendum veniat.

S V M M A R I V M.

- 1 F[ac]ti series.
- 2 Puncti disputationis.
- 3 De Regula ut numerus pluralis resolvatur in singularites.
- 4 Contrarium quod conditio debet purificari in persona omnium.
- 5 Contrarium verius juxta regulam, de qua num. 3.
- 6 De prima limitatione in substitutione directa vulgar[is] vel pupillari.
- 7 De alia limitatione resultante ab individualitate & subjecta materia.
- 8 Tunc non intrat ordo successorius, sed potius jus non decrescendi.
- 9 De alia limitatione, ubi adest persona prædicta remissive.
- 10 De alia limitatione, ubi sunt duo gradus substitutionum quomodo intelligatur & procedatur.

Bartolomeus de Jacobis, institutus, Josepho, Honorato, Raymundo, Aldoro quinque eius filii atque reciproca inter se ipsos ordinata, in port one morientis absque eis omnibus, eorumque filiis ita morientibus instituit Ludovisianum filium, ipse dicitur. Cum autem, excepto Theodoro, ex quinque perpestis Isabella filia, reliqui omnes obsecratae prole, atque Honoratus, in quo ultimo anno aliorum trium fratrum portiones consolidatae r[er]ant, haeredem serp[er]fisi p[ro]mptu[m] opus Eleemosynæ generalis Civitatis Avenionensis, Hinc Bartolomeus & frater de Crivellis filii dicti Laboris prædefunctæ pretendentes factum esse ultima substitutionis in quatuor portionibus rerum haeredum absque prole defundunt, prout in eum instituerunt contra dictum p[ro]mptu[m] Opus ram illo Auditore Generali, à quo sententiam vorabilem reportarunt, à qua per appetitum causa introducta in illa Rota, in hoc familiæ dictorum actorum requisitus fui ad scribendum causa opportunatam.

Duo autem erant fundamentarii contenti substitutionis expirazione, ac bona libertate contendentes; Primo scilicet super conditionis mortis omnium absque prole, ex uno eorum, nempe Theodoro lope de Isabella filia ex qua etiam defundita via figura Joanna; Et secundò ex Statuto Avenionensi ponente substitutiones fieri vel durare ultra gradus, qui jam consumpti dicebantur in ipsius honorato ultimo defuncto, in quo effectu inveniuntur tres substitutions Joannis, Josephi, & mundi ejus fratrum successivè defunctorum.

Quatenus igit[ur] pertinet ad primum. Referendi regulam sine dubio assistere actoribus, in certe necesse non sit conditionem in persona omni purificari, sed attendi debet substitutionem, in quibus purificatur, ita resolvendo pluraliter in singularitates, juxta dispositionem certe in l. heredes mei §. cum ita f[ac]tum ad trebell. si substitutione liqua ex limitationibus eidem regule trahi possit, super quibus tantum hodie cadere solet, & non autem super regulam passim recepta.

Licet enim juris propositiones habentibus, qui omne dicunt, nihil excludit, quodque concepta in casu mortis plurium sine filiis, purificata dici non valeat, nisi ex uno illi impetratur cum copulativa, scilicet nisi in omnibus implitur ad textus in lib. f[ac]tum heredi plures f[ac]tum, & ex quibus propositionibus plures agere resolutionem numeri pluralis in singulariterem, sed exigunt copulativam verificationem conditionis in persona omnium sequendo folio consil. 23. Oldradi, cum quo pertinente. Dic consil. 594. num. 2. & 3. Manie, de coniunct. lib. 13. cap. 1.